vellicaret. Id ergo non sinistrus, quæ eruditorum animis infideret, de Augustini dogmatibus opinio- ni tribendum; sed uni temporum conditioni, quæ nullam ventilandarum de gratia, & praede- destinationis questionum præbuerit occasionem, adscribendum esse, inde maxime liquet; quod maxi- mae apud eruditos, ipsosque summos Pontifices estimationis esset ea ætate temporum Augustinus, ejusque doctrinae solemnis Ecclesia iudicio probata, ac veluti consecrata censeretur. Hinc Remigius Antisiodorense in Commentariis Paulinariis Epistolarum, quo illi Codices Mss. Romani, Caglianenses, & Regii tribuant, ad 2. Epistolam ad Corinthios: *Beatus Augustinus*, inquit, *verum obscurarum subtilissimus indagator, inter ardua sine offensione decurrit. Alii Doctores comparantur stellis, Augustinus Soli: nam sicut stelle lumen a Sole recipient, sic omnes Doctores lumen recipient ab Augustino.* Hermannus Contractus in Chronico ad annum 430. *Sanctus Augustinus Hippomensis Episcopus, Ecclesia Christi, & Catholicæ fidei pro- pugnator, & defensor invictissimus.* Leo IX. Epis- tola 1. ad Michaelem Patriarcham Constantino- politanum: *Beatus, & Catholicus Doctor Augustinus, in Latinique Ecclesia clarissimus.* (apud Labbeum Tom. II. pag. 132.) Gregorius VII. in Decr. ad capit. 6. Gelati Romani Pontificis, Sanctorum Patrum scripta recognoscentes, ac probantis Decretum commendat, que videlicet Augustinus inter eos Ecclesie Magistros percen- fatur, qui nec in fide, nec in predicatione a Sancta Romana Ecclesia deviarunt. Et in Apologetico pro Decretis, illustrè Cœlestini I. de Augu- stino elogium ex integro referit, suque calculo probat. *Vir omnium virtutum*, inquit, *Augustinus, Hippomensis Episcopus, quem & Cœlestinus vir Apostolicus in Decretis suis ita nobis commen- dat: Augustinum, inquit, sancte recordationis vi- rum &c.* (apud Labb. Tom. 12. pag. 554.) Bertoldus Constantiensis ad Rhenum Presbyter, Gregorii VII. adversus Schismatis defensor egre- gius, *Libro de vita excommunicatorum societate: Nos, inquit, absque corpulo Sancti Augustini egregii Doctoris assertione acquiescere debemus, quem & Romani Pontifices, iuxta attestacionem Sancti Cœlestini Papæ, inter Magistros optimos, cum vis- veret, babere: cuius & Opuscula post mortem ejus pro authenticis suscipienda Synodali iudicio decrevere.* Ita illorum temporum Roma Pontifices, ita Praefules, ita Scriptores insignes de Augustino, ejusque doctrina, magnifice sentiebant. Quis ergo non videat, eam illos circa dubium ample- xuros, probatores, tradituros, si de divina gra- tia, & praedestinatione disputandi occasio data est?

Hæc omnium primo Anselmo se obtulit, Can- tuariensi Archiepiscopo, qui Libros integratos de libero arbitrio, ac de concordia prescientie, praedestinationis, & gratie cum libero arbitrio concinnavit, cadente seculo undecimo, & duodecimo ineunte. Is autem in omnibus, ac per omnia Augustinianus est: ut hinc Launoii figuramentum, ex Augustini discipulis, per annos a Gottescalcho damnato trecentos mutire non audeat, magis probes. An non enim Augustiniana vox illa est, *Libro de concordia capite 3. Quamvis non omnibus det (gratiam) quoniam cui vult miseretur, & quem vult, indurat: nulli tamen dat pro aliquo precedenti merito, quoniam quis prior Deo dedit, & retribuet ei?* Si autem voluntas per liberum servando arbitrium quod acceptit; meretur aut augmentum accepta justitia, aut etiam potestatem pro bona voluntate, aut premium aliquod. Hec omnia fructus sunt prima gratia, & gratia pro gratia, & ideo totum imputandum est gratia, quia neque volen-

volentis est quod vult: neque currentis est, quod est Cujus tamen sue justitiae ipsum Deus voluit habere confortem, ut & corone faceret pro- meritorum. In eo enim sibi justitia confortem, & corone statuit promeritorem, cum operum, quibus erat illa reprovia corona, habere dignatus est coadjutorem. Porro coadjutorem fecit, cum fecit vo- lentem, hoc est, sue voluntati consenientem. Ita- que voluntas in auxilium, auxilium reputatur in meritum. Si ergo a Deo voluntas est; & meritorum. Non dubium quin a Deo sit, & velle, & perficere pro bona voluntate. Deus igitur auctor est meriti, qui & voluntatem applicat opere, & opus explicat voluntati. Alioquin si propriæ appellerent ea, que dicimus nostra merita; spes quedam sunt somnia- ria, caritatis incentiva, occultæ praedestinationis in- diæ, future felicitatis præstigia, via regni, no- caussa regandi. Hæc ibi. De praedestinatione ve- ro differunt Sermons 4. de verbis Iaiae, hanc so- lius divina gratia opus esse docet. Illud quippe ad Romanos 8. recolens, quos preservavit, & pre- destinavit haec habet: *In iustum meum filius gratia est, & non habeo quid mihi in praedestina- tionis attributum, sive vocatio.* Non sic sane ab opera iustificationis alius sum: *operator, & illud gratia, sed plane mecum Consummatio qui- dem & ipsa filius gratia est, nec est mihi in bac- parta, vel cum ea, sive in ea gloriaris, quasi coadjutor videar, aut cooperator* In quorum electorum numero indignos nos seruos nominis sui ipsa, de qua locuti sumus, constitue dignatus misericordia, que ab eterno est, & usque in eternum super electos, in medio quidem aliquatenus ostendens liberum arbitrium, meriti gratia; principium vero, & finem omnino sibi vindicans sibi. Quas omnes melliflui Patris loquendi formulas, erroris nota- vit in Augustinum audacissimus Censor.

Bernardo coevus, ac familiaris Hugo Victorius, pari Augustinum veneratione coluit, pari religione sectatus est; ac tanta nominis fama, ut Alter Augustinus, si Tritemio fidem damus, etate sua fit appellatus. Suum in lectando Magis- tro fidem testatur Sermons 99. ceterosque ut idem praetinent, adhortatur: *Lingua ejus Augustini ca- lamus scribere velociter scribens exitit: quia Spiritu sancto docente, ac ducente, verbum Dei elegan- tissime dispensavit. Unde, & de ipso in hac ejus solemnitate canimus: quod Prophetae, & Apo- stolorum plenus spiritu, que predixerunt mystica, fecit nobis persona, post quos secunda dispensandi verbi Dei primus resultat gratia Non solum autem que in regula ejus continentur, verum & cetera, que Sacram Scripturam exponendo, tractando, exhortando scripti, credendo, amando, operando teneamus, ut superba premia consequamur. Nec satis suam in Augustinum religionem teletari sicut; evixit plane, acque cum maxime, ubi de pra- destinatione, & gratia disputavit. In Summa Sententiæ, Tractat. I. capite 12. Cum praedestina- tio divina sit electio, iuxta illud Apostoli, quo elegit ante mundi constitutionem: *sicut queri, quare hunc elegit Deus, magis quam illum, ut de Jacob, & Esau?* Quidam dicunt, hunc elegit, quia talen futurum eum esse prædictum, qui in eum credere, & servire ei. Sed hoc Augustinus retrahit in Libro Retractionum, plane ostendens, quod si proper opera futura electus esset, jam non ex gratia electio esset: Si enim ex operibus, ut ait Apostolus, jam non est gratia. Idem in Libro de praedestinatione. Non quia futuros tales nos esse prædicti, ideo elegit; sed ut effemus tales, per ipsam electionem gratiae sue, quia gratificavit nos in dilecta filio suo. Et in *Autorationibus elucidatoriis Questione circa Epistolam D. Pauli ad Romanos, 23. Quæritur autem, quare potius elegit Jacob, quam Esau?* Similiter de quilibet*

electo, & reprobato idem potest queri. Non enim potest dici, quod propter futura merita bona, voluntaria, alter sit electus, & alter reprobatus: sic enim, quod est temporale, causa est ejus, quod est aeternum. Item si dicatur, quod Jacob sola gratia sit electus, Esau propter originale peccatum sit reprobatus; queritur, quare propter idem peccatum Jacob non sit reprobatus, vel quare Esau ex eadem gratia non sit electus? Soluto: si tamen soluto debet dici; ostendere aliquid esse insolubile. Dicunt sic factum esse; quia Deus voluit fieri: Si autem queratur, quare sic voluit? Stulta est questione; quia diuina voluntatis queritca causa, cuius nulla est; immo ipsa omnium est causa prima, & principalis. Sed Beatus Hieronymus dicit, quod Deus nibil fecit quia vult, sed quia ratio est sic fieri. Ideoque non incongrue potest sic queri: cui hoc voluntari, & responderi: quia iudicia Dei abyssus multa. Possumus tamen dicere, salua secretiorum reverentia, & absque supercilie assertio; quod ideo potius elegit Jacob, quam Esau, quia presevit maiorem utilitatem provenire bono universitatis, ex electione Jacob, quam Esau. Quodnam autem sit illud magis communis, bonum, exponit questione proxime sequenti: Sed iterum queritur, cur major utilitas prevente ex electione Jacob, quam Esau? Soluto: quia magis commendatur gratia ex electione Jacob, quam Esau. Item queritur, quare magis commendatur ex electione Jacob, quam Esau? Soluto: quia minor erat natu; si enim maior natu eligetur, videatur, quod privilegio naturae hoc ferre. Eo itaque, ex Hugo's sententia, recidunt universa, ut quavis eliminata praeferentia meritorum, in Dei nutrum, eisque gratiae commendatione referantur.

Rupertus Tuitiensis Abbas, Augustinianus doctrinae admirator, & vindex, hac ipsa aetate, ac nondum elapsa post Gotteschalchi tragediam secundo tertio, liberam de Augustino vocem emisit. Hoc elogio doctrinam eius celebrat Libro 7. de Operibus Spiritus sancti cap. 19. Usu tantum ex sis (nimur Ductoribus) contingimus, in quo ille Spiritus manifeste operatus est, quod se dignatus est ad laudem suam, ad Ecclesias sue defensionem, catholicaque fidei, perpetuamque munitionem. Ille est Augustinus, columna, & firmamentum veritatis, & vere columna nubis, in qua ibromus suum posuit sapientiam Dei, cuius ex ore distillare non cessavit pluvia salutis, immo fluere impetus fluminis contra flumen illud hereticorum, quod superius diximus, post mulierem, id est, Ecclesiam, de ore suo draco diabolus emisit. Et cum multa de ejus ingenii subtilitate dixisset, ita demum concludit: Hoc est, in quo jure sanctum scientie Spiritum laudamus, quia virum tales, & sic foris preparatum reddidit. & sic intus eo dignatus est uti, ut contra omnes heres tota vita sua depugnans, voce, & litteris tanta scriberet, quanta nemo in vita sua lege sufficeret: Unde, & quidam non inanier dicebat fertur: mentitur, qui se totum legile fatetur Augustinum. Doctrinam porro insigni illo elogio commendatam compendio digessit, concinnatis in Joannis Evangelium Commentariis: ubi multa de gratia, praedestinatione, reprobatione, ex Augustini sententia disputat, ut vel ex ipso proliquo notum est. Alter mysteria, inquit modestissimus Abbas, quae in hoc splendore Evangelii, velut grandis aquila pervulavit magnus Doctor Augustinus, nos eadem quidem via, sed non omnino istud vestigium sublegati entemur. Nam ille quidem alta montium pervalat cum invenimus; nos interdum, & circa radices inas occupabimur. Ille praeceps arboris superiora queque pomaria carpere festinat; nos terra quoque proximos, quos parvulus rebuit, attingere conabimur Euan-

gelico littere ramulos. Ut quis grandioribus, in alta Mysteriorum explanatione satisfactum est, nunc parvulus, id est, nostri similibus, continuatio quoque littera subveniat.

Petrus Lombardus Episcopus Parisiensis, Sententiarum Magister, laudatis Scriptoribus suppar, Augustinum, quem doctrinam decem in ceteris quibusque Theologicis tractationibus exemplarum est, in his de divina gratia, & praedestinatione controversiis ad verbum exscriptis, Libros ab eo ultimo editos pene ex integro dehovavit, Libro 1. Sententiarum Distinctionibus 40. & 41. & Libro 2. dist. 26. 27. 28. & 29. ex quibus aliqua tantum deceptio, causa, quam hic agimus, jactura est; ea autem referre ex integro, inutile, ac supervacaneum existimamus.

Gillebertus Syntethensis Abbas, Sancti Bernardi, quo vivente Monachum induerat, religiosus, & eruditus amator, in Sermonibus super Cantica, quos elegantissime concinnavit, ibi incipiens, ubi plus parens scribendi simul, & viceversa finem fecerat, eadem illa doctrina capit ponit, brevibus quidem, sed eliquatissimis verbis, Sermone 30. Novit dominus, qui sunt ejus . . . Ide moveri non possunt ad frenitum Leonis, quia immobili diuina notitia continentur signaculo. Bonum enim signaculum notitia Dei. Notitia, que secundum propositionem est, secundum quod vocati sumunt. Firmum est signaculum hoc notitia ejus, quia nibil ei deripit. Non tantum non deripit ei nihil sed ipsa salvandos parit, ipsa praeservat, ipsa signat, quos suos esse velit. Quibus verbis divinae praedestinationis firmatatem ex divino proposito repetit, quo quos suos velit esse, ex exteritate definit. Tum ex ea gratitate praedestinationis firmata, divinique beneficaci immobilitate, gratiam ex tempore conferandam, & liberi arbitrii cooperationem, tanquam a prima radice repetendam decernerit: Genuinum signaculum, inquit, divinum proprieam, & humanum studium: divina providentia, & humana diligentia . . . Vido duas bujas signaculi partes; unam diuinae tantum gratiae, alteram, & gratiae, & libertatis. Illam propositi, hanc adiutori. Secunda hec pars libertatis nostrae infirmum arbitrium dirigit: nam prima praedestinatione disponit. In prima, qui sunt ejus, Dominus praevidendo novit; in secunda nobis innoscit. Ita causa, huc est illius effectus. Illud signaculum immobile est; hoc probabile. Illud signaculum est, istud signaculi signum. Illa radix est, hic fructus. . . . nam ipse in beneplacito suo novit, qui sunt ejus, & ponit eos ut fructum hunc plurimum afferant.

Alredus Abbas Rievallenensis, eodem vertente saeculo, Augustinianam de gratia victorie, gratiaque praedestinatione doctrinam fusa tradit. Libro 1. Speculi caritatis, a cap. 10. ad 15. multa de divini auxilii efficacia, de ejusdem cum humana libertate concordia, de illius gratia, & liberali largitione, de gratia electis peculiari, de differentiatione hominis sanctis, & lapis, de discretione praedestinationum a massa perditionis sola Dei bonitatem, & sic foris preparatum reddidit. & sic intus eo dignatus est uti, ut contra omnes heres tota vita sua depugnans, voce, & litteris tanta scriberet, quanta nemo in vita sua lege sufficeret: Unde, & quidam non inanier dicebat fertur: mentitur, qui se totum legile fatetur Augustinum. Doctrinam porro insigni illo elogio commendatam compendio digessit, concinnatis in Joannis Evangelium Commentariis: ubi multa de gratia, praedestinatione, reprobatione, ex Augustini sententia disputatione, ut vel ex ipso proliquo notum est. Alter mysteria, inquit modestissimus Abbas, quae in hoc splendore Evangelii, velut grandis aquila pervulavit magnus Doctor Augustinus, nos eadem quidem via, sed non omnino istud vestigium sublegati entemur. Nam ille quidem alta montium pervalat cum invenimus; nos interdum, & circa radices inas occupabimur. Ille praeceps arboris superiora queque pomaria carpere festinat; nos terra quoque proximos, quos parvulus rebuit, attingere conabimur Euan-

15. de gratuita praedestinatione quoramdam, ceterorumque desertione sermonem intitulens haec habet. Si ergo homo ex vasis, quo facit, que voluntari deputat honoris, que voluntari exponit contumelie, nec quisquam est, qui causatur iniustum; tumultuaris, si Deus ex vasibus omnibus justissime contumelie exposuit, que voluntari relinquat, que voluntari, in pristinum reformat honorem, quibus voluntariis inferat damnationem? Si, inquit, filius in vasibus, que de eodem luto compingit, discernit, ipsa ejus voluntas iustitia est, quonodo non multo magis in omnibus, quo ex nihilo crevit omnipotens, discernit, ordinans, somendis, defensans, salvandis, dannandis, ipsa ejus voluntas summa iustitia sit: Ergo miseretur cui voluntari, & misericordiam prestat in quem sibi placuerit, & quem vult, obdurata iustissime defensendo, & quem vult, emolli pessime misero; & quidquid vult, facit, nec iniustum aliiquid facit, quandoquidem inter iustum, & iniustum sola ejus discernit voluntas, que non est aliud quam ipsa equitas: nec ejus voluntas ex alia penderit lege iustitia, sed lex iustitia ex ejus utique penderit voluntate.

Dicat modo Launojus, quo ex tripede revelatum accepit, Augustini discipulos, per annos a Gottecalchii damnato trecentos, Magistri doctrinam puram, atque sinceram vulgare minime auctor: cum haec illi, vulgaris per universam Galliam, Angliam, Germaniam scriptoribus, publicarent? Verum est illa Launoji perversitas, ut non aliam Augustini doctrinam norit, nisi putidas haereticorum blasphemias, ab ipso data opera confutatis, quies, & excusum liberum arbitrium, & humanam voluntatem necessitate duclam vociferant. Equis enim nesciat in iis refellendis, magnam studii partem posuisse Praesulem Hippomagnum, non modo ante subortum haereticum Pelagianam, dum in Manichaeos signa conferret, verum etiam quo ex tempore, adversus divinae gratiae hostes aciem movit? Legatur Liber 1. de Peccatorum meritis, & remissione capit. 2. Liber de Gratia Christi cap. 32. Liber de Spiritu, & littera tapp. 33. & 34. Liber de Gratiis, & liber arbitrio cap. 2. 15. & 18. Liber de Natura, & Gratia cap. 32. 43. 64. 65. 67.

(Pag. 114.) Equidem instauratas a multis, undecimo cadente saeculo, ac duodecimo ineunte, illas ipsas de excisa hominum libertate blasphemias, haud infideliter norat Launojus, ex Divo Anselmo, & Divo Thoma, (quamvis neutrius, pro more suo, loca indiget); id enim Archiepiscopus Cantuariensis Libro de Concordia cap. 3. & Doctor Angelicus Quæst. 6. de Malo articulo 1. profitetur: at eas ex Augustini principiis fuerit, quod unum queritur in praesentia, tantum abeat, ut vel obiter innuant, ut illas potius ex Augustini principiis confutent: Sunt nostro tempore multi, inquit Sanctus Anselmus, qui liberum arbitrium esse aliquid penitus desperant. In hac itaque questione, bac erit intentio, ut liberum arbitrium similius cum gratia, & cum ea operari in multis monstremus. Ita porro demonstrat cap. 1. Quoniam enim, quod vult Deus, non potest non esse; cum vult hominis voluntatis nulla cogi, vel prohiberi necessitate ad volendum, vel non volendum, & vult effectum sequi voluntatem, zunc necesse est voluntatem esse liberam, & esse, quod vult. Annon vero id ex Augustino delibatur, Libro de Gratiis, & libero arbitrio capite 21. Agit omnipotens in cordibus hominum etiam motum voluntatis eorum, ut per eos agat, quod nos agere ipse voluntas, qui omnino iniuste aliquid velle non potest. Doctor autem Angelicus ita eundem errorem percutit, ac confutat: Quidam posuerunt, quod voluntas hominis ex necessitate moverit ad aliquid eligendum: nec verum imprudenter omnino, & contra deductas

C A P U T X V I.

Augustinus a Lutheri, & Calvinii erroribus remotissimus, summa veneratione a Tridentine Synodi Patribus exceptus.

Q uod unum Launoji petulantie addi posse videatur, ut Lutherus ipse, atque Calvinus Augustini discipulis adjungerentur, id deum ad mensura cumulum accepit. (Pag. 116.) Hos ex Augustini schola prodidisse, ut in humana libertate excidium conspirarent, fiderent prouinciarum audacissimum blatero: ac ne summa imprudentia summa quoque decesset inficta, Zuinglium, quem purum putunque Pelagianum nemo nescit, Luthero, & Calvino, ad horrida Hippomenis dogmata diffundendam, comitem adjungit. Evidem ad minuendam utcumque audacissime affectionis invidiam, illos Magistri doctrinam latius quam par effet protendisse statim innuit: Serry Tom. V.

subinde consecrationes. (Pag. 117.) Namque subiungit e vestigio, Augustinum Lutheranis, & Calvinistis, tanquam illorum erroribus proprium dimiti oportere. imo nonnullos Theologos polemicae Tractatores producit, laudat, amplectitur, qui eundem illis libere concessere: quod certe iniqui consiliis fuit, si Augustini decreta, ultra quam fas esset, protenderent postremus atatis heterodoxi. Ea etiam Lutherana, & Calviniana doctrinae capita representant tetricos Cenfus, iis plane gemina, que Prædestinationarum, & Witkleffis nomine superioribus capitibus recensuerat: ut hinc nemo non videat, illum aquo jure Lutherum, atque Calvinum, non qualemque sed fidios plane Augustini discipulos dicere debuisse, qui Prædestinationarios, & Witkleffum ipsum eo titulo cohonestat.

Sed age videamus, quo demum momento natus, Augustinum Lutherum, & Calvino proprium dicat, eundemque illis concedendum pronunciet. Non ille Sancti Doctoris testimonia congerit, non loca recenset, quibus nostrorum temporum erroribus patrocinium impenderit; sed quatuor duxata Theologiae polemicae (Pag. 118. & 119.) Tractatores producunt, Claudiom Sanctesum, Ambrosium Catharinum, Petrum Auratum, Albertum Pighium, qui Augustinum novæ sectæ principibus consererunt, tanquam illis plus nimis adfavisset. Quid istud, amabo? Sexcentos, & eo amplius Romanas Communiones Scriptores numerate licet, qui stylum in Lutherum atque Calvinum acuerunt: iis potissima cura incumbit, Augustinum non modo heterodoxis eripiendi, verum etiam ut potissimum cartholicæ fidei defensores iisdem obiciendi: arma, quies errore confidant, ex Sancto Doctore suruantur: responsa, quibus adverbae pars tali elidunt, eidem accepta referrunt: argumentorum robur, momenta rationum, interpretamenta Scripturarum, Ecclesiasticae Traditionis intelligentiam, ex ejus operibus repertum; ut plane in sacro bello gerendo, unus illis, & vallum, & fossa sit Augustinus. Hos fulta aure Launoj praterit, ut tres, quatuorve in Augustiniana doctrina minus veritos Theologos audiatur; qui vel ut opera parcerent, vel ut importunus errantium, de Augustini patrocinio sibi temere blandientur, vocibus aliquid cederent, uni gratia Doctori minime standum, repouferent, si forte in Pelagiana heresi debellanda modum excesserit, nimoque vindicanda gratia studio, libertatis iura violavit. Imprudenter omnino, Launoj. Quis enim communem Ecclesie fensem, ex trium quatuor privatorum Theologorum iudicio potius, quam ex publica ceterorum omniaum professione internocendum existinet? Quis raucas illas officiantum Scriptorum voces, de Augustino debitos fines prætergresso, tot Romanorum Pontificum oraculis anteponat, qui eundem catholicum per omnia Magistrum, in nullo a Romana Ecclesia prædicatione deviantem, nullius unquam erroris suspicione aspersum, necesarium in hereticis debellandis modum minime prætergressum, cuius doctriam Romanam sequitur, & servat Ecclesia, datis Diplomatibus pronunciarunt?

Quam gravis, ex inconsulta illa, præcipitique censura, in Ecclesiam Catholicam redundet injuria, nemo non vider. Si enim (ut a nonnullis observatum est) a Lutheri, & Calvini erroribus Augustini doctrina vindicari non potest, gravissime profecto & a Sede Apostolica, & a ceteris Ecclesiæ proceribus peccatum est, qui Beati Augustini vigilias, labores, arque doctrinam, quoad illas maxime de divina gratia questiones, tam magnifice prædicarunt; cum tanquam periculosa, perniciose, & hereticam arguere potius

damnareque debuerint. Quid etiam Ecclesia Dei calamitosus, luctuosusque accidere queat, quid vero hereticis gratius, jucundius, aut optabilius, quam ut adversus Catholicos, in his de gratia, & prædestinatione dogmaribus, stare pro ipsi, etiam nostra confessione, tantopere laudatus Augustinus existimet? Nam hoc concessio, quis non intelligat, quanta illi virium accessione firmetur, Catholici vero quanta præfidi jactura debiliterunt? Prement nos illi auctoritate Viri hujus, qua in Ecclesia Dei maxima semper haec fuit: hanc tamen adverfus eos, qua nos fronte vel in ceteris opponemus, quando tam ag indigno errore, tam infirma, imo fricta, & vilis effecta sit?

Abeant itaque fui illi, quos nobis calumniae sua auctores Launojus advocat, fidei defensores. Proditores, eo salem in capite, verius dicat, qui tradito Lutheranis, & Calvinianis Augustino, Ecclesia cauffam, per speciem tuenda fidei, prodiderunt. Quam gravem illi a ceteris Romanarum partium Theologos animadversionem subierint, Launoj ignorare non puto.

Ambrosius Catharinus, ob id maxime non externorum duxata, vagum etiam domesticorum, ac fidalium censuris infaustus est. Dominicum Banesium, primaria cathedra in Academia Salmanticensi Moderateorem, Ordinis Prædicatorum, audire juvat, de Catharini Libellis, quibus Augustinum inique depræfuit, ita prouantiam 1. Parte Quæst. 23. Art. 7. Edidit tres Libellos de prædestinatione, in quibus nihil est eradicatio, sed plenum erroris. Judicium nihil mitius tulit Dominicus Soto, alter ejusdem instituti professor, in cap. 9. Epistole ad Romanos, Catharinus audaciā ita perturbans: Non erat ergo cur ille Reverendus Pater Episcopus in prologio sui libelli roboribus pollicendo diceret, punctum se prædestinationis vera ratione attigit, que Augustinum, ac ceteros ante Patres celata semper suisset. In Apologia vero de certitudine gratia, subitarium ex Jurisconsulto Theologum rideret: Ab ipso enim statim tempore, que jam etate prævetus, inquit, ex Jurisconsulto Theologus duxerit prodigi, simus, & audire ceperit in scholis, & contra egregios scholasticos Doctores scriberet. Scilicet Catharinus, transfacta in juris Scholis etate, multorum annorum factus, Prædicatorum Ordini nomen dedit, quo primum tempore Theologos lectorate ceperit. Quare pristina professionis amantior, & Theologicis institutionibus leviter tintus, de divina prædestinatione, non tam ex fenu Patrum, quam ex Diogenis, & Codice disputavit.

Claudius Sanctulus, vel ipsius Antonini Moraines, larvati Scriptoris, virginem expertus est, quod Augustinum in ita uenda sententia varium dixerit: Confutius fecit, tanquam Doctoris autoritatis convenientis, si semper, & constanter quæcumque dixit Augustinus, in sensu illum commendum exposuit, & non tantum in opinione inconsitiam ei tribuisset. Disput. 9. Anti-Lanfenii N. 57. Vapular, & ea de cauffa, apud Norisium in Vinclis Augustinianis cap. 4.

Albertum Pighium ab eruditissimis Theologis notari, quod Augustini, seu verius Ecclesiæ, de peccato originali, de prædestinatione, de gratia Redemptoris doctrinam deferuerit, auctor est Joannes Molanus; cui calculum adjicunt Albertus Miranus, & Possevinus. Nec injurya, quippe qui a Cardinali Polo, Sedis Apostolica Legato, & Concili Tridentini Præside notatus est, (Palla. Hisp. Concil. Trid. Lib. 8. cap. 2.) quod in articulo de originaria noxa, dum universam Lutherorum doctrinam rejicere conatur, prope in Pelagianorum errorum prolapsus sit: a Lovaniensis au-

tem,

tem, usi liberoris ingenii, & invercunda audacia Theologus fugillatur. Quin & ejusdem consilium, quo monebat, ad veram de libero arbitrio doctrinam percipiendam, legendo esse potius Augustini Libros ad Catholicos datos, quam reliquias scriptos, ut ineptum, & stultum ridet Cardinalis Norisius, in Vinclis capite 5. §. 4.

Quamquam quid juvat privatorum testimonia congerere; qui eam trium, quatuorve Polemitarum audaciam repreferunt? Ipsa Synodus Tridentina Lutherum, & Calvinum, in materia prædestinationis, & gratia, ab Augustino toto offio aberrasse, fatis superque significavit, dum ea ipsa Sessione 6. de Justificatione, que pseudoreformatorum errores proscripti, Augustini eodem de argumento sententiam consecravit, De gratia prædestinatione res plana est capite 16. ubi ita determinatur: Bene operantis uisque in finem, & in Desperantibus proponenda est vita eterna, & tanquam gratia Filius Dei, per Christum Jesum misericorditer promissa, & tanquam merces, ex ipsis Dei promissione, bonis ipsorum operibus, & meritis fideliter reddenda. Quid enim gratia, & promissionis misericorditer factæ nomine venit in mentem, nisi decretum gratuitum, quo Deus, nullis meritis in anteceduum exploratis, filios destinat ad regnum? Quid etiam, quod sacra Synodus, de promissionis executione, qua electorum tandem glorificatione perficitur, sermonem habens, bona quidem iustorum opera, ac merita memorat, quis tanquam merces a Deo rependitur; nulla tamen, ubi de eterna promissione sermo incidit, nisi Christi Domini merita inuit, totumque misericordiae, & gratiae deputat: nisi ut electionem eternam gratuitam statuat, solam, qua tempore fit, executionem meritis iustum adscrivat? De gratia efficaci, ac se ipsa victrice haud minus explicat sacra Synodi mens, ut editum nuperime, fuit posthumo, Antonini Reginaldi spissum opus, sexcentis momentis evincit.

Iniquior tamen memoratis Polemitis Launojus, & doctrinae in Synodo Tridentina sanctificatae illis ignarus, qui nonnullos pseudoreformatorum errores Augustino affigunt, quos haec ipsa Synodus, distincta Augustini verbis confudit: ut est ille de mandatorum implendorum impotentia, capite 11. de Justificatione confitus, præclarâ illa sententia ex Sancto Doctore petita Libro de Nature, & Gratia capite 43. Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet, & facere, quod posse, & petere, quod non posse. Et ille alias de gratia iustis sublata, ut obedire desinat, mutuatis ejusdem Doctoris verbis inuisus. Deus sua gratia semel iustificant non deservit, nisi prius ab ei deservatur. Nonnullas vice versa Sancti Doctoris sententias erroris infimulat, quas Tridentini Patres fidei capitibus inseruere, ut est illa Epistola 105. ad Sixtum: Cum Deus coronat merita nostra, nihil aliud coronat nisi munera sua; quam capite 16. de Justificatione in fidei regulam transtulerunt. Nonnullas tandem assertiones versatiles, ac variis sensibus obnoxias, præpostere, & contra Sancti Doctoris mente detorquer, ut illis haereses notam inurat; quas germano sensu acceptas, inter orthodoxa dogmata numeravit laudata Synodus. Talis est illa capituli 3. de Justificatione: Esti (Christus) pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis eius beneficia recipiunt; sed ii duntur, quibus meritum passionis ejus communicatur: quia in tritam illam, vulgataque distinctionem recidit, qua pugnantia in speciem Augustini testimonia conciliantur: Christum nimurum pro omnibus mortuum sufficienter; pro solis tamen fidelis-

bus, oppetitæ mortis, & effusi sanguinis beneficium recipientibus, efficaciter.

Parcam hoc de arguento plura adjuicere, & Augustinum a Lutheri, & Calvinis remotissimum, congettis testimoniis, collatisque doctrinae principiis, demonstrare; quod eam provinciam insinuit propromodum Scriptores obierint, otiosisque iam hominis videatur, in ea re diutius immorari. Legatur, si per otium licet, Franciscus Orantes Episcopi Placentini in Synodo Tridentina Procurator, idemque Theologus præstantissimus Lib. I. de Justificatione contra Calvinum capite 51., ubi post recitat bene multa Sancti Doctoris oracula, Calvinii erroribus aduersa, suam, totiusque Ecclesie, in Augustini doctrinam, venerationem profiteretur his verbis: Hanc Augustini doctrinam, tanquam a calo lapsam suscipimus, & sanctam veneramur, uti fidei nostra regula conformem amplexamur, & ut antiquæ Patrum Traditioni satis conformem, modisque omnibus veritatis conscientiam, & convenientem retinemus.

C A P U T X V I I .

Augustini doctrina a Leonardo Uticensi ex sacro fagello tradita, & ab Aquilejensi Patriarcha probata, Tridentina Synodi iudicio confirmatur. Facti narratio a Launojo corrupta, ac depravata, ex legitimi documentis restituitur.

M Utatam hic scenam video, haud tamen mutatum actoris animum. Haec tenus professos hereticos, impianumque sectarum principes, Augustini discipulos meritos est; ut que in illos vere sententia laeta fuit, in Augustini caput recideret: nunc religiosissimum Presule, verumque Augustiniana doctrinam professorem in scenam inducit, at latam in eum sententiam comminiscitur, ut, & hoc pacto damnationi subiectat Augustinus. Tria portentosa mendacia brevi pagella fabricatur. (Pag. 120. & 121.) Civiles Uticensis Patriarcham. A quilejensem, tanquam hereticum traduxisse, & ad Tridentinam Synodum provocasse fabulatur, ob vindicatas apologetico scripta geminas Divi Augustini assertiones. Hoc primum. Subiungit, Agri Foro-Julienis incolas, ex Patriarche Aquilejenis scripto, graviter offendit, Legatos ad Serenissiman Rempublicam Venetam delinasse, ut cretam ab eo offenditionem cobiberi provideret. Hoc alterum. Tum deum, judges ab Synodo Tridentina delegatos, doctrinam Patriarche scripto contentam, minime predicandam censuisse, ait; tametsi quo sensu ab eo tradebatur, nec hereticus præ se ferret, nec offenditione cuiquam esse posset. Hoc ultimum. Ea scilicet est scriptoris presidentis audacia, ut compertissima queque vitiet, depravet, adulteret, ipsoque Augustiniana doctrinæ triumphos in decus vertat.

Nos integrum Patriarchæ Aquilejenis Historiam dedimus, Paragrapho 13. Praefationis nostre ad Historias Congregationum de Auxiliis divinae gratiae: cuncta ad probatissimum Scriptorum fidem exegimus; integra facti celeberrimi documenta repræsentavimus in Appendice; planumque fecimus, hoc maxime rerum concursu Augustini doctrinam, de æmulis quibusque obreformatribus triumphasse. Quæ sane si commentatæ Traditionis novissimus editor vel leviter evolvisset, nunquam Launoj sui fannam ita in orbe litterario commisifet, ut confutatas in anteceduum fabulas evulgarer. Pauca ex multis, quæ eo loco diximus, delibamus; ne sua penes audacem interpolatore putidorum mendaciorum stet usura.

Pa-

Patriarchatum Aquilejensem ab annis circiter quatuor occupabat Joannes Grimani, Patriarchus Venetus, vir ingenium virtutum, antiquitatis diligens investigator, litterarum amans, & litterarum Mecenas beneficissimus; ex inclita Grimaniorum gente originem ducens, qua tot Aquileja Patriarchas, tot Ecclesia Romana parvatos Principes, tot Reipublica Veneta Serenissimos Duxes dedit. Venetiis agebat ille anno 1549. cum ab suo Vicario generali Utinensi litteras accepit, quibus significabat, Leonardum Uticensem, Prædicatorum Ordinis Professorem, nonnullas inter concionandum propositiones de divina predestinatione protulit, quæ plebem, tamenque confessum non mediocriter offendissent. De duabus præsentim ortam offensionem inquietabat; prima, *Prædestinatio a Deo nullo modo damni potest; quia quantumvis in peccata laborat, Deus eum ita eripit, quod illum salutem tandem consequi necesse sit.* Altera, *Electione ac predestinatione ita sunt necessaria, ut in voluntate, & arbitrio nostro, nege salus, neque damnatio possit.*

Re, quantum per temporis angustias licuit, probe discussa, rescripsit Patriarcha Aquilejenis propositam satis Epistolam die 17. Aprilis, qua Prædicatoris in hereticis suspicionem vocati partem fulciens, absurdiora divina predestinationis arcana futilis exposuit; quod id sedandis motibus, & erudienda plebi necessarium existinaret. Tractatum etiam hoc de argumento paulo explicatiorem concinnavit post menses aliquot, quo doctrinam in Epistola contentam cumulatim exponebat, variisque Scripturarum, Conciliorum, ac Patrum testimoniis confirmaret. Nemo fuit, qui per annos circiter duodecim adversus Epistolam, eiusve Tractatum missifari, tamet per universum Patriarchatum, inita documenti pastorali, ultraque luxurianti vulgata esset. Cœpit anno duxat 1560. excitat tempes ab invidiis, corruptis questdedebribus, quos sua illi virtus, infunditque animi vigor in regenda plebe concitaverat. Cum enim gravante tunc in Germania heresi Lutherana, & late finita in qua loca depascere, servando pecori studiosus incumberet, & ad severitatem pro restituenda disciplina Ecclesiastica, prorior foret, nonnullorum & clero invidians subiit, quorum castigandis, ac perpoliendis obficiendis moribus studium impenderat. Opportunitum ulciscendi tempus arriperet prævi homines, statim atque Pius IV. Pontificatus auspiciatus, sacrum Cardinalem Collegium viris pietate, religione, ac rerum usu insignibus, qui laboranti Ecclesiæ turbulentissimis temporibus operem ferrent, augendum ratus, Patriarcham meritisimum allegere meditabantur. Confidens Epistolam, ac penitus vetustate temporis exefam, & cineribus dolo malo excitatam, ad facrum Romanæ Inquisitionis Tribunal derelire, tanquam, quæ Luthernos, & Calvinianos errores completeretur; ut eo obiecto probro Patriarcham denigrarent, Pontificemque a conferenda purpa dimoverent.

Vocabatur ille tunc Roma, dum hac in eum tempes sat: pro viribus aditi cepit, ut depulsi objectæ criminacionis nebulis, religionem suam, ac fidem in aperto poneret. Ad Pontificis pedes vocatus, Epistola sua doctrinam profueritibus ubertim lacrymis exposuit, editumque a se sub idem pene tempus Tractatum obseuit, in quo, quid de predestinatione sentiret, distinctius exposuerat, omniesque tum hoc de argumento, tum de aliis quibuscumque fenüs suis Apostolicæ Sedis judicio subjecerat. Fluctuare ad hanc aliquarum cœpit Pontifex Maximus, qui Patriarcham nova quidem dignitate auctum veller, qua

ut Serenissima Reipublica votis, ejusque meritis responderet: at virum de heresi nuper accusatum sacris Vaticani indicis induere pudor erat. Sacra Inquisitionis confessum in Consistorio per vigilio festinante indixit, ut praesens ipse Patriarcha Epistolam in jus vocata, fidemque suam exponeret. Dixit ergo imparatus licet, atque ex tempore, de varia Epistole sua propositionibus in suspicionem adductis: sed fidem suam non ita in aperto posuit, ut omnes proflus nebulam depelleret. Quare illo posthabito, definitos viros purpura induit Pius IV. die 26. Februario 1561. quos inter, ne invitasibi Rempublicam faceret, quæ pro Grimani purpura ardentes supplicaveraat, duos adlegit Patrios Venetos, Bernardum Navagerium ex inclito Sapientium ordine, & Antonium Alumium, apud Sedem Apostolicam Oratorem, spoponditque aliori se Grimasi fortune provisarum, cum primum eliqua cauſa omnis fidei sue cauſam nebulam depulisset.

Cauſam hanc magno animo tulit Joannes Grimanus, Roma subicit aliquandiu, cauſamque suam iudicio maturavit. Epistole sua doctrinam scripto defendit mense Augusto, sententiisque ex Pontificis oraculo ferri petiit: at suprema Inquisitionis Tribunalis commissa res est. De septem propositionibus quæstio fuit, ex variis Epistole locis compendio deducis. Prima erat. *Prædestinatio a solo Deo est.* Secunda: *Prædestinatio duxat pendet a liberis Dei promissionibus.* Tertia: *Prædestinatio damnari non potest; nec reprobus falluntur.* Quarta: *Reprobus nunquam Deus inuenit oculis misericordia sue.* Quinta: *Diabolus preuocare non potest contra determinatum numerum electorum.* Sexta: *In salutis negotio totum Deo tribendum est.* Septima: *In reprobus nihil valeat liberum arbitrium ad salutem obtinendum.*

Ex de re Congregatio haberi coepit die 11. Decembri 1561. Ex objectis propositionibus tres unanimi quidem suffragio: quatuor pro majori duxat votorum parte probate sunt: nonnullis scilicet Confessoribus erroris suspicionem opponerentur. Hos inter fuisse fertur Felix Peregrinus Montaltius, qui postmodum sub Sixti V. nomine Pontificatum obtinuit; cuius etiam suffragium censorium in publicis generali Inquisitionis tabulis legitur.

Ex se iudicio absolutum Grimanus existimat, quod ita Iudiciorum forma postulare videatur. Veram fecit emulorum auctoritas, aut etiam, (quod ultimare pronum est) conditio temporum, quæ vel minimam Calvinianorum erroris suspicionem in Ecclesiæ Principe pati nollet, ut cauſam maturiori examine limari voluerit Pius IV. Sutinuit itaque Grimanus menses aliquot, candidiorem Roma solem brevi oriturum sperans: cauſam, conjunctis cum Oratore Veneto supplicationibus, eliqui perit multi admundum vicibus; donec radio solitus, quod rem suam plus nimio procrastinari cerneret, Roma secessit Neapolim versus, animum magnis, longique curis desatigatum levatur: quamquam Roma per multa militaria iam absens, accepto nuncio, quo ab Augustinus Senatu vocabatur, viam, quæ Laurentum ducit, arripiens, citatis equis Venetias contenterit. Sui tamen, quantum licuit officii menor fuit: Oratorem litteris rogavit, ut inopinati itineris rationes Pontifici significaret; quas etiam (ut ex rescripto didicit) benignissimus Pater ratas habuit.

Fuge inſtar ab emulis discessus est habitus, quasi cauſa meritis diffusus Grimanus maturiori examini se negasset. Fuere, qui illum ea mente auſtigſe dicentes, ut cauſam iudicio Pontificio eriperet, & ad Synodus Tridentinam deferret,

quaſe magno tunc Ecclesiæ emolumento celebrabatur. Quare Pius Legatos suos confestim litteris monuit, ne Grimani cauſam, coram Romana Inquisitione, ac ipsa etiam Apostolica Sede pendente, acciperent; eidemque significanter, non Tridenti comparendum, sed Romæ; ubi item integrum, si reus mallet, Consistorio, brevi dirimeret. Non iis ille horamētis egit, qui licet cauſam suam ab ecumenica Synodo cognosci maluſerit, hanc tamen voluntatem, horante Señatu Veneto, depofuerat, ne reluctantem Pontificem offendere.

Excepta Foro-Julieni Legatione, Aquilejenis Patriarcha cauſam Synodi iudicio committi denuo supplicarunt Veneti Patres. Pronus quidem erat ad aſſentum Pontificis animus; at repugnante, ut ferebatur, Inquisitorum consilio, diu hæſit; donec sedatis animis, instantis Reipublice votis omnino respondit. Caufa instrumen-
ta Cardinalibus Morono, & Navagerio, quos novos Tridentum Legatos mittebat, tradi iuffit. quibus, ut, & Reipublica Oratori significavit, aſſentiri se perlubenter, atque etiam omnino velle, ut cauſam totam, & integrum Synodus conuoceret. Quapropter ex Pontificis nutu Tridentum contendit Joannes Grimani menſe Junio 1563. Magno viginti circiter Praetorium comitatu ciuiſtas Legatos adiit, quæ res nonnullis stomacho fuit. Judicium festinari rogauerat Reipublica Oratores; at nonnulla mora præter expellionem injecta est. Quamquam enim Pontificis aſſentum, Navagerii, ac Moroni Cardinalium fide noſſent Tridentini Patres; opere tamen manum admoveare detrectarunt, donec missa Romam curſore, Pontificis voluntatem proprio Rescripto, arque etiam forma Brevis, testata haberent. Rescriptum non sine fenu Pius IV. die 1. Iulii privata Epistola, tum subinde die 3. forma Brevis, nihil ultra Navagerii, & Moroni fidem, pro internoscenda Sanctitatis sua voluntate defiderat debuisse: aſſentiri se perlubenter, ac etiam omnino velle, ut cauſa Patriarchæ Aquilejenis Synodi iudicio finiretur: optionem demum Veneti Oratoribus dari oportere, num cauſam Patrum omnium suffragiis vellent, an delegandorum ab universo cœtu Deputatorum votis: quamquam ipſe hoc ultimum probaret magis, modo peritiores omnium Nationum Theologi, (Veneti, aliis, qui cauſam Rome judicassent duntaxat exceptis) aſſumerentur.

Hæc ultima, conspiratiis universis, iudicij forma servata est. Adelecti die 20. Julii ab universa Synodo, Ecclesiastici in primis omium Nationum Oraores, Archiepiscopi, Episcopi, aliorum famæ Theologi, Itali, Hispani, Galli, Germani, Belgiæ, omnes numero viginti quinque, quibus, infante Grimano ipso, ac Venetiis Oraotoribus, duo Cardinales adiecti sunt. Horum haec nomina erant, uno quod intercidit, duxat excepto. Cardinales Lotharingus, & Madri-
tus: Oraores, Pragensis, Quinque Ecclesiastis, Præmilenis, & Auguſtentis: Archiepiscopi, Granatenis, Bracarenis, & Reginus: Episcopi, Ebroicensis, Sagrensis, Comibrensis, Segoviensis, Mutinensis, Leriensis, Atrebatenis, Campanensis, Theanensis, Irenensis, Namurcensis, Legionensis, Dertusensis: Abbates, Clara-
venensis, Auguſtianus Hispanus, Euthicius Flan-
drus, Generalis Auguſtinianus. Totius ecumeni-
cae Synodi nomine, Grimani Epistolam ha-
feos inſimulatam, ejusdemque scripta apologetica,
quibus objectas erroris accusations ante diluerat,
per dies viginti quatuor privatim examinarunt
ac cum aliis etiam, ultra deputatos, Theologis
conculere. Post priuata cuiusque studia, publicæ
omnium collationi iudicata dies est, decima tercia
Augusti; ubi collatis, per horas sex, suffragiis
universis, concordi, unanimique consilio, ne uno
quidem ex deputatis dissentiente, in hanc senten-
tiam itum fuit, quam sacra Synodi Legati Sancto
Carolo Borromeo, sequenti Epistola significarunt.